Actum in Castro Lublinen in Terminis Judiciorum feria secunda ante festum Sancti Thomæ Apostoli proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.

Quo die Termini judiciorum Castren Lublinen in Castro Lublinensi juxta precedentem limitationem per Magnificum Joannem Firley a Dąbrowica Lublinen Capitaneum et Generosos Preadotham Dziewek Judicem, Bartholomeum Łaszanowski Vicecapitaneum, Albertum Sierakowski Notarium Castren Lublinen sunt celebrati. Presentibus Generosis et Nobilibus Nicolao et Samuele Zelinskie, Joanne Skopkowski, Martino Myslissowski, Gaspare Krzyżakowski, Andrea Słusocki, Stanislao Słusocki, Alberto Parnawiecki, Nicolao Oszepatski, Gaspare Trzebchowski, Philipo Piotrowski, Joanne Godzieszewski, Stanislao Rybczowski, Paulo et Valentino Stempkowskie et alijs multis fide dignis Nobilibus pro Terminis ijsdem congregatis nec non Ministeriali Generali Regni Nobili Joanne Załeski circa infrascripta omnia existen.

Sławek Contumax

Leva

Nobilis Nicolaus olim Nobilis Pauli Janiszowski filius Actor Nobilem Joannem Sławek tanquam impossessionatum, gołotam et odiardum de persona bonisque eius omnibus citatione literali Castri Castren Lublinen citatum, Occore per ipsum una cum complicibus eius videlicet Christophero Głuski et Matthia Tesorzewski (cum quibus ipsi actori salua reservatur actio in foro competenti) tempore certo nondum pridem pretto in villa Janiszow vi et violenter irruen eidem actori vulnerum primi in faciem partis sinistræ secundi in colum partis sinistræ Tertij in digitum indicem manus dextræ Quarti

in digitum [illegible] manus [illegible] Quinti in pollicem digiti [illegible] dus dextre [illegible] in digitum medium manus dextre detrusionis [illegible] ad effusionem sanguinis illationis et inflictionis citatione ipsa [illegible] in se Ducentarum marcarum pecc: et totidem damni in se continen: de premissis latiore, per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Joannem Zaleskj ad Judicium presens Capitale Castren: Lublinen: quatuor [illegible] bus vltra iuris co[mmun]is formam. Ad instanciam suprascripti actoris vocatum et non comparentem in termino primo in pena contumacie admittente Judicio presenti Judicialiter condemnauit.

Et sic incontinenti coram eodem Judicio personaliter stans Ministerialis Generalis Regni Prouidus Jacobus Kurdek de Lopiennik officio presenti bene notus palam recognouit Quia cittorem rone suprascriptorum omnium editam feria Secunda proxe preterita in curia citati ville Janis [illegible] ipsimet citato in manus tradidit et de iuris forma publicauit.

Kunicky Contumax

Laboriosus Adamus Rybka de villa Garbow subditus Gnosi Petri Ober: nij Vexilliferi Lublinen: vna cum assistentia eiusdem Domini sui circa se pro pena sua trium marcarum hac vice parti et Judicio totiens soluend: firmiter stan: actor, Nobilem Casparum Kunicky vti impossessionatum de persona bonisq eius omnibus mobilis ac summis peccuniis vbicunq habitis, citatione literali Capitali Castren: Lublinen: recessoriali a cittone sua seu cittonibus in causa eadem contra cittum pronunc editis, citatum. occone per ipsum, tempore obligationis, et possessionis ips: ville Garbow, eiq actori, nulla legitima causa habita, boum duorum vnius coloris rubri, alterius coloris graniasty, Vacce albe, et iuuence nigre, eiusdem actoris peccorum propriarum violenter receptionis, citatione ipsa taxam Quingentarum marcarum pecc: coms et totidem damni in se continen: de premissis latiore. Ad Judicium presens Capitale Castrense Lublinen: per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zaleski quatuor vicibus vltra iuris communis formam. Ad instantiam suprascripti actoris vocatum et non comparentem, in termino primo in pena contumacie admittente Judicio presenti Judicialiter condemnauit.